



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus XLVIII. De Dominica V. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

Sum. Col. Vir: quamdiu durat feriale Septembris ( nisi ea cum sua Hebdomada omittatur ) Antiphona ad Magnificat pro sequenti Dominica Domine Rex &c. Col. Viridis, si cras Vesperis adhibetur. Col. Alb.

SABBATÒ ante Dominicam V. de ea, & non currat aliqua Octava.

## TITULUS XLVIII.

### De Dominica V. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICÀ V. Septembr: [ si fiat de ea, & non cum sua Hebdomada omittatur ] ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Esther*, ut hinc in Propr: de Temp: legiturque de eo etiam seqq: diebus, usque ad Dominicam I. Octob. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lectiones, tunc *Initium Libri Esther* ponitur proxima die ( seu feriali, seu festivo ) ejusmodi Festo non impedita. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, uti notantur hanc Dominicam in Propr: de Temp. In III. verò Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ post Pentec: quæ hanc Dominicam Mensis secundum Ordinem occurrit, extantque in P. 2. Proprij de Temp. *Responsoria* autem sumuntur ex Dominica V. Septembr: prout ibi notantur: quòd si ea ob Festum Duplex hodiernam Dominicam occurrens ponenda primò non possint, poni debent prima tria Responsoria hujus

Dominicæ prima die, in qua hanc Hebdomada occurrit fieri de Festo omittitur alijs Responsorijs ferialibus quæ fortè in illa Feria propria ponuntur: quòd si verò alicubi vel quando per totam Hebdomadam non occurrat dies, in qua primò poni possint, tunc eò anno, aut tempore penitus omittuntur. Antiphona *Benedictus*, & ad *Magnificat* una cum *Oratione* sumuntur hodie ex Dominica currente post Pentec. Dicuntur, ut in Psalterio ad normam Dominicæ III. post Pentec: & I. Antiphona Ritu semid: ut supra. Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr: de Temp: cum *Credo*: *Oratione* 2. ac 3. &c., uti Dominica III. post Pentec. Col: Viridis occurrit Octava.

FERIA II. & seqq: infra Hebdomada Sept: dic: in OFFICIO Lectiones Scriptura occurrente, nisi ponenda dum sit in aliqua illarum *Initium Libri Esther*; eò quòd in Dominica ob-

currrens Festum Duplex proprias habens in I. Noct: Lectiones adhuc poni non poterit. Ad Responsoria Ferialia hujus Hebdomadae quod spectat, FERIA II. & V. sumuntur ea ex I. Noct: Dominicae praeced. FERIA III. & VI. ex II. Noct: ejusdem Dominicae. FERIA autem IV. ac Sabbato (si fiat Officium feriale) Responsorium I. sumitur ex III. Noct: Dominicae praeced: (Nos alium DEUM &c.) quod est septimum illius Dominicae: at vero post 2. & 3. Lectionem dicitur II. & III. Responsorium primi Nocturni ejusdem Dominicae praeced. Reliqua omnia dicuntur ac fiunt, ut infra Hebdomada III. post Pentecostem resumendo *Orationem & Missam* Do-

minicae proximè praecedentis, aliaque observando, ut ibi.

SABBATO ante Dominicam I. Octobr. Antiphona ad *Magnificat* prosequente Dominicam est: *Adaperiat Dominus &c.* Col. Virid: si cras fiat de ea, & non currat aliqua Octava. Ubi autem ex Sedis Apostolicae Indulto cras celebratur Solennitas Rosarii B. M. V. ibi ea in Martyrologio ad PRIMAM hodie annuntianda est *1. loco. Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 12.* & hodiernae Vesperae dicendae ibi sunt de Festo Rosarii, ut in fine Breviarii Rom: post Festa ad Libit: sub Ritu dupl: major: ac Col. Alb. cum Commemoratione Dominicae cras occurrentis.

## TITULUS XLIX.

### De Dominica I. Octobr. & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA I. OCTOBRI (quando fit de ea) dicitur ad Matut: Hymnus: *Primo die &c.*: ad Laudes vero: *Aeternae rerum &c.*, dicunturque ambo etiam in seqq: Dominicis, usque ad Adventum exclusivè. In I. Nocturno ponitur hodie *Initium Libri I. Machabeorum*, legiturque de eo usque ad Dominicam IV. Octobr: ut in Propr: de Temp. Quod si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noctur-

no Lectiones, tunc *Initium* dicti Libri I. Machabeor: ponitur proxima die (seu feriali, seu festivo &c) ejusmodi Festo non impedita. In II. Noct: hodiernae Dominicae dicuntur Lectiones, uti norantur hanc Dominicam in Propr. de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicae post Pentecostem: quae hanc Dominicam Mensis secundum Ordinem Dominicarum post Pentecostem occurrit, extantque in P. 2. Propr: de Temp.